Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



176

ornamento humilitatis caritatis et castitatis et recte
mente pretecti contra hostem mediatorem ut valeamus puro
corde et casto corpore laudare nomen tuum gloriosum in
secula seculorum Amen Post hec dicat V. Ostende nobis
domine misericordiam tuam Et salutare tuum da nobis V. Et introibo
ad altare dei Ad deum qui letificat iuventutem meam Ps. Iu
dica me deus et discerne causam meam de gente non sancta Gloria patri Et introibo. Confiteamur domino
Confiteor omnipotenti deo beate Marie semper virgini beato Michaeli archangelo beato Johanni baptiste sancto Petro et Paulo omnibus sanctis quia peccavi nimis cogitatione verbo et opere mea culpa mea culpa mea culpa Ideo precor beatam Mariam semper virginem beatum Michaelem archangelum beatum Johannem baptistam sanctos apostolos Petrum et Paulum omnes sanctos omnes sanctas orare pro me
Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata vestra liberet vos omnia mala
Indulgentiam absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericordes dominus
Adiutorium nostrum in nomine domini Qui fecit Ab occultis meis Et ab alienis parce
Et clamor domus nostrae Oremus Post hec dicat Ex
audi domine supplicum preces et confitentium tibi parce peccatis: ut indulgentiam tribuas nobis remissionem
et pacem Per dominum nostrum amen Postea accedat ad altare
dicat Humiliter a nobis domine quesumus interventu
mentibus istis hic osculetur altare et omnibus
sanctis tuis omnes iniquitates nostras: ut sicut
sanctorum purus mentibus introire mereamur
Per dominum nostrum Postea osculetur evangelium dicens
Pax xpi quam nobis per evangelium suum tradi
dit confirmet et reseruet corda nostra in vita
eterna Amen Postea osculetur crucifixum dicens
Tuam crucem adoramus domine ad mariam be
nedicta tu ad iohannem sancte iohannes opta
me absolue nostra crimina ut mereamur liberi
seruire summo principi Post hec incipit Sa
cerdos Postea offertorium Accipiam calicem
salutaris cum calicem suum calicem
patenam dicat In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen
Acceptum sit deo patri omnipotenti Hostia
sacrificium nostrum Per dominum nostrum amen Post hoc deponat
corporale et assumat patenam cum oblata cle
uatisque dicat Sanctifica quesumus domine hanc oblati